

DISSERTATIO ACADEMICA

SISTENS

CARMEN MOSIS

DEUT. XXXII.

*VERSIONE & NOTIS
ILLUSTRATUM.*

CUJUS PARTEM PRIMAM

CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNSIS

PUBLICO PROPONUNT EXAMINI

CHRISTIANUS LUDOV. HJELT.

Philos. Magister & Aman. Bibl. Acad. E. O.

ET

RESPONDENS

HENRICUS JOHANNES WALBÄCK.

Stip. Bilm.

Aboënses.

In Auditorio Medico die XXX Martii MDCCCXI.

h. a. m. s.

ABOË, Typis FRENCKELLIANIS.

PROCEEDINGS OF THE

AMERICAN ACADEMY OF ARTS AND LETTERS

FOR THE YEAR 1907

IN THE CITY OF NEW YORK

ON THE 15TH DAY OF MARCH

1907

IN THE CITY OF NEW YORK

PRINTED BY THE AMERICAN ACADEMY OF ARTS AND LETTERS

15 EAST 67TH STREET, NEW YORK

1907

THE AMERICAN ACADEMY OF ARTS AND LETTERS

15 EAST 67TH STREET, NEW YORK

1907

THE AMERICAN ACADEMY OF ARTS AND LETTERS

15 EAST 67TH STREET, NEW YORK

1907

THE AMERICAN ACADEMY OF ARTS AND LETTERS



PRÆFATIO.

Monumenta ingenii, e cana antiquitate residua, cujuscumque sint indolis, & inter ea poëseos antiquioris documenta, prout, gustum sui Seculi, moresque gentium antiquarum, & res memoratu dignas, præcipue exhibent & probant, diligentissimum provocare examinandi atque exponendi studium, tanto minus inficias ire potest quispiam, cum certo constet, quantum pretii illis antiquitatis operibus, nostræ ætatis lumina & præstantissimi artis poëticæ cultores, tribuerint, qui tantopere crescente totius humani generis cultura, antiquos natura potius quam arte edoctos, antecellere aut cum iis æquiparari debuere, summa quippe admiratione, spiritum quandam poëticum, pulchritudinem atque sublimitatem vix imitabilem in ipsis, merito agnoscetes.

Hoc vero, non tantum de poësi illa Græca & Latina, utpote omnibus fere numeris absoluta, valere, sed ad poësin proprie sic dictam Asiaticam, maximo etiam jure pertinere, quibuscunque rem examinantibus atque æquo dijudicantibus animo,

Iuculentissime patebit. In ea vero, poësis Hebraica (a), quam multi quidem antiquiori & recentiori ævo, ex propria sua & genuina natura & ingenio, non ut par fuit æstimantes, infringere & vituperare cupierunt, haud indignum sibi vindicet locum, si absque omni solummodo partium studio aut præjudicata quadam opinione, ea poëseos monumenta, quæ Sacro adhuc reperiuntur in Codice collecta, atque primam generis nostri ætatem s. infantiam fere attingunt, sublimitatis, elegantiae & ornatas copïa longe perspicua, examinaverimus.

Cum autem, nostrum non sit consilium, hac occasione, poëseos Hebraicæ præcipuas laudes & virtutes, satis jam studio virorum de illa meritissimorum LOWTH & HERDER expositas, ulterius indagandi, multo minus quæstionem de Carminum Hebræorum præstantia, sæpius agitatum discutiendi quæstionem; his adquiescendum in universum prolatis observationibus, esse putamus, debiles atque juveniles nostros in exponendo explicandoque unico solummodo carmine Hebraico, periclitaturi vires, æquumque Lectorum nobis spondentes iudicium.

Oden (b) s. Carmen illud Mosis, quod *fatidicum* dicitur, Deut. Cap. XXXII, obvium, inter omnia ejus ætatis poemata, quisque ingenuus Lector, qui sublimem illius in exprimendis vehementioribus animi affectibus, in notandis illis incitissimis ejusdem motibus, liberum, animosum, fervoris & audaciæ

a) Lowth de Sacra Poësi Hebræorum, Edit. Gotting. p. 61. seqq. Fragmente üb. ahlmal. Bild. d. Israëli. Heil. Schrift in HENKES Magazin. HERDER von Geist der Ebräischn Poësie. Erst. Theil. Leipz. 1787. HEZEL. (W. Fr.) Geist d. Philos. u. Sprache der Alt. Welt. ut etiam MEYER in Hermeneutik d. Alt. Testam. in prolegomenis.

b) LOWTH Lib. c. Edit. Gott. p. 570.

faciæ plenum agnoverit stilum; ut etiam totam artem Auctoris ingenuosissimi perspexerit, maximi esse habendum pretii, æquus rerum iudex facillimo concedet negotio (c). Nec dubium nobis videtur, quin Mosen, sagacissimum Israëlitarum ducem & legislatorem, ejusdem habeamus Carminis Auctorem: quia spiritum & gustum Mosaicum, aliis Sacris auctoribus alienum, sapere satis videatur. Preterea ex ipsa Historia Mosaica, consilium & ratio Carminis, certo exponitur, & præcipue in *Deut. XXXI. 15-20*: quo loco, Divino mandato, impelli fertur Moses, ut gentem Israëliticam, ad legis a Summo Jehovah datæ observantiam fidesimam, præmiis amplissimis propositis, suisque admonitionibus & adhortationibus, numeratis denique omnibus a Deo collatis summis & præstantissimis beneficiis, alliceret, contra vero a legum violatione, gravissimis additis imminentiū poenarum minis, sanctissimæ Dei legi convenienter, deterreret. Est igitur illud Carmen, sicut ultimum patris carissimi habendum testamentum, quo, coloribus vividissimis omnique eloquentia, priusquam mortem obiret, nefariam cultus Divini derelictionem, prophetica quasi extasi, prospiciens, odium Idololatriæ animis liberorum, poenas Divinas transgressoribus proponendo, altius insingeret.

Commode autem, materiam Carminis, his præcipue capitibus complecti possumus: 1:o) cœlum & terram suarum fic-

A 2

xi

c) Si quid usquam habent Hebræi in diversis generibus grande & magnificentum, in eo cernitur carmine. Cfr. LÖWTH p. 282. HESS: *Geschichte der Israeliten*, 4 B. aut *Geschichte Moses*, Zweyt. B. Zürich 1777 p. 318. *Disert. de Cantione Moses Cygnæa Luminibus Rhetorum splendidissima*, Præf. ECKERMAN. Ups. 1764. & elegantissimam in hocce Carmine a Cl. JOH. PORRIO, ex nostratibus, dislectionem, cujus continuationem, ob prematuram Auctoris mortem, frustra expectamus.

si admonitionum testes (v. 1. 2.) invocat Moses; 2^o) summam Dei majestatem & justitiam, omniaque beneficia, quæ ex multis retro temporibus Israëlitarum genti præcipue præstiterit Deus, in animum revocat (v. 6. 7. 8. 14). 3^o) Causam deinde, cur ob tanta in ipsos collata benevolentiae Divinae documenta, ingratisimi & beneficiorum omnium immemores facti sint Israëlitaë, Idololatriam nefariam secuti, petramque contemntes unicum — immortalem, exponit (v. 18 — 40) Pœnas & Divinae iræ minas, quibus suo certo afficit ocores Jehovah, vividissimis coloribus & omni artis poëticae ornatu & elegantia, declarat: 4^o) Deum demum, mirabili arte, ad morem reliquorum Auctorum Sacri Codicis, infert loquentem (v. 37). Eamque laudibus judicii & æquitatis celebrat dignissimis.

CARMEN MOSIS.

V. 1. Aures præbete Cœli, nam loquar,
Audiatque Terra, verba oris mei (d).

V. 2.

d) Elegantissimam in ipso Exordio adhibet Vates profopœian, poëtis orientalibus admodum familiarem, ad majorem apud Auditores vim & attentionem efficiendam, eodem modo ac consilio, ut MARO in *Æneid.* XII. v. 176. & HOMERUS in *Odysf.* V. 185.

Ἰσὼ νοῦ τοῦτῃ γὰρ καὶ οὐρανοῦ εὐφραστῆρα

& *Iliad.* Rhaph. III: v. 276 - 280. Varie autem explicarunt Interpretes causam, cur terram & cœlum invocaverit *Moses*: ROSENMÜLLER & SCHULZIUS in suis Scholiis innaunt, Mosen, ideo cœlum & terram provocasse, quod inter omnes res creatas, hæc sint maxime durantes —; sed CLERICUS (in *Commentariis ad pentateuch.*) & POLUS (in *Synopsi Criticorum al. que S. S. Interpretum & Comm. Francos. ad Moys.* 1678, Fol.) alio effert modo, quod si non servarent Israëlita præcepta Dei, nec cœlum pluviam daret, nec terra fruges. — Nonne vero potius agnoscere possumus ornatum poëticum, quo ideo præcipue hac occasione & loco utitur Vates, quod sub divo & in campo forsân vastissimo hocce cecinisse videatur carmen, ut ex *Deut.* XXXII. 44. patet, & Auditorum, quos suæ orationis testes provocavit, excitaret attentionem —? Cfr. de hac re MICHAËLIS (Joh. Dav.) *Anmerkungen für Ungelahrte zu Uebers. d. Alt. Test.* p. 76 & GROTIUS in *Annot. in Vet. Testam.* Edit. VOGEL, Hake 1776. 4.0).

V. 2. Destillet ut pluvia, mea doctrina,
 Fluat, ut ros — oratio mea,
 Ut imbres tenues in herbas teneras
 Ut copiosæ guttæ in gramina adulta (e).

V. 3.

Alii per Metonymiam *Cælum* angelos, & *terram*, homines, interpretantur, ut MEISNER (*Nova Vet. Testam. Clavis*, Lips. 1800) inter recentiores; nec ignoramus, in sacris Litteris eandem metonymiam pluries obvenire & versionem Arabicam, quæ *أهل الرضوان* & *أهل السموات* habet, illam probasse interpretationem. LXX. *Syrus* & *Chald.* & etiam Arabs in aliis locis. ex. c. Es. 1. 2. XXXIV. 1. *Psalms*. L. 5. *Jerem.* VI. 19. al. q. constanter, verba Sacri textus exprimere videntur — הַחַיִּים omisa frequentissima vocabuli constructione, sæpius & in dictione sublimiori præcipue, sine *אל* vel *ל*, *על* & *עַר* legitur, ut *Judic.* V. 3. *חַיִּים הַחַיִּים* & *Psalms*. LXXX. 2. De primaria verbi *חַיִּים* significatione multum disputavit Cel. SCHULTENS (Cfr. SVANBORG Disert. in *Vaticinia Jollis* C. 1. Pars I. — Conjunctionem causalem *ו* per *nam* dedimus, utpote rationem rei præcedentis significantem, sicut *Gen.* VI. 17. *Exod.* III. 22. al. q. —; omittunt vero, aut in suis versionibus plane negligunt conjunctionem MICHAËLIS, qui vertit: *Merkt auf Himmel, ich will reden*, & NIEMEYER in versione (Cfr. *Characteristik d. Alt. Testam.* Tom. III. p. 180) adprobante Nova versione Svecana — *מְדַבֵּר פִּי* Hebraismus pro *me loquentem*, ut in Sacris litteris sæpius.

- e) Singularem apud Vates orientalem, in carminibus eorum vigentem morem, res comparandi quasvis, & continuant

adjungendi metaphoram, quisque Sacrarum litterarum peritus luculenter perspicit (Cfr. Lowru in libr. cit. *Cap. de imaginibus poetiis ex rebus naturalibus* p. 95). Utitur ergo insignis Carminis nostri auctor, imagine quadam apud omnes fere orientalium, & Arabum præcipuè Vates, frequentissima, qua, desiderium suum inuit, animos Israëlitarum, verborum elegantia, instar pluviarum & imbrium, terræ fecunditatem augentium, flectendi. — De usu hujus comparationis, orationis sc. svavia concinnatæ cum pluviis & rore, conf. juvabit not. Cel. SCHULTENS ad HARRII *Conf.* II, p. 117. 118, & *Conf.* V. p. 88 — ערף proprie tenuent edidit pluuiam nubes, quam significationum *Syrus & Arabs* quoque probant. Samarit. סדר, quod aspergendi notione accipitur, coll. Arab. شمس parum pluræ emisit calum, probante ROSENMÜLLER in *Scholiis*, & DATHE in *Disserat.* supra hoc carmen, in *Opusculis ad Crisim G. interpretationem V. T. spectantibus* Lips. 1790, neque multum ab illa differunt. — LXX. qui προσδοκῶσαι vertentes, ex ערף, ערה, forsan legentes, derivasse videntur, notione expectandi; quippe ערה verbale ab ערה cervix, a vide i. protensa cervicæ aliquid intueri, expectare, significat. Onhelos significationem dulcedinis & svavitatis exprimit, forsan וערב vel ערב legens, vel ex mera conjectura, verba textus interpretatus, ut etiam *Vulg. concrescendi* notionem τω ערה tribuens. Significationem לקח, elegantissime vindicare conatus est SCHULTENS, ex conceptione & fecundatione palmarum, quarum arborum scemellæ (ut ille observat), nullum fructum ad maturitatem perducere possunt, nisi flore masculinarum conspergantur. Ex ipsa illa fecunditatis & conceptionis quam Arabes حاح dicunt, significatione, לקח deinde per metaphoram, erudiendi, instituendi notione

adhibetur, ut sæpius apud *Harivium* in *Confessibus*, ex-
 gr. *فَلَمَّا الْفَخَّ حَقْمَ الْإِنهْوَمِ بِسَمْرِ الْمَكْلَمِ* (Cfr. SCHUL-
 TENS *Comment. in Jobum*. Lugd. bat. 1757. p. 287, 288).
 Neque inutilatum est Hebræis, ut etiam Græcis (Cfr. MAJI
Observ. Sacr. L. II. p. 43.) *conciptendi* notionem, meta-
 phorice ad permultas exprimendas rerum ideas transfer-
 re, ut Prov. I. 5. *Job*. XXII. 22. aliisque locis. — *נול*
pluviam celum emisit elementer. LXX *καταβανεν*. *Sama-
 rit.* & *Arabs* sensum loci bene exprimere videntur, sed
Onkelos plane a genuina textus lectione, abhorret. —
שערים & *רביבים* varia ratione explicarunt & recentiores
 & antiquiores Sacrarum litterarum interpretes, nec de
 fixa eorum vocabulorum & determinata notione satis con-
 veniunt. — *שערים*, quod promiscue cum *שערים* in *Ex.*
 XXVIII 2. *Psal.* LV. 9. *Jerem.* XXX. 19. aliisque
 locis legitur, derivare conatur COCCEJUS (in *Lex. &
 Comment. Sermonis Hebr. & Chald*) probante *Schulzio* a
שער *hirsutus, pilosus* fuit; quam significationem s. Ety-
 mologiam nimis longe petitam & coactam, alii deferunt
 interpretes, quibus ad genium omnium lingvarum Orient-
 alium aptius videtur, verbum hocce a Rad. *سعر* Arab.
vehementer commovere & percutere, & proprie de vento
 fervido & tempestate procellosa, notione sæpius adhibita,
 derivare. LXX *ομβρον* vertunt, quod Etymologiam no-
 stram defendit. Illustr. MICHAËLIS in Germanica sua ver-
 sione *Sturm wetter* habet, ut Chald, per *רוזו טטרא* &
 Syrus per *رؤس*; — E contrario vero *רביבים*, *pluviam*
 significat, *guttis densioribus descendentem*. Propriam vim
 vocis *רב* eleganter ex lingua Arabica eruere possumus,
 ut SCHULTENS in notis ad *Harivii* Conf. VI. p. 277.
 que multum quoque lucis in explicandis plurimis Sacri

V. 3. Nam Jehovah celebrabo nomen:
Colite --- Deum (f)!

V. 4. Petra! perfecta ejus opera,
Nam omnes illius viae rectae:
Deus veritatis — nec malitiae,
Justus & rectus ille! (g).

B

V. 5.

Codicis locis adtulit. Nosram de cetero versionem probant omnes fere antiqui Interpretes, hoc loco & alibi *stillas & guttas*, vertentes. Eleganter h, l. vertit HES in lib. antea cit. p. 343.

f) שׁוֹמֵר קוֹרְאֵי ה' constructione קוֹרְאֵי שׁוֹמֵר probantibus Codd. Samarit. & Syro, cum שׁוֹמֵר legendum est; significat quidem שׁוֹמֵר קוֹרְאֵי, *implorare auxilium, invocare*, ut habent HUBIGANTIUS in notis criticis & DATHE in Disf. sua ad hunc locum; quod tamen huic loco quadrare non videtur, cum, totius cantici argumentum, *laudandi & celebrandi* notionem, requirat. De forma קוֹרְאֵי שׁוֹמֵר Cfr. *Eesai. XII. 4. Jerem. X. 25.* al. ut silentio prætereamus loca לִּהְיוֹת לְךָ כְּבוֹדָה *date magnitudinem, ἰδοὺ αὐτὴν μεγαλοσύνην* LXX, eodem modo, ut *Psal. XXIX. 2. כְּבוֹדָה לְךָ כוֹלֵי הַיָּם colite, gloriam præbete.* Abrupta temporis & personarum mutatione, ut in poësi Hebraica, imprimis dictione sublimiori, frequentissima, neminem Sacrarum litterarum peritum offendat.

g) De significatione הַצִּוִּיִּם discrepant Interpretes; primariam vero s. propriam ejusdem vocis, sensu licet metaphori-

V. 5. Corruptit illi — filios non magis,
 Ipsorum protervitas.
 Genus perverfum — contumax (h)!

V. 6.

eo, sæpius, ut *Es.* XXVI. 4. 1 Sam. II. 2, aliisque locis
 adhibitæ, vim, non est quod linquamus: quippe quia,
 comparatio illa Dei cum petra, maxime sapere videatur
 gustum Orientalium, & præter ea, in terra Palæstina &
 tota plaga orientali, utilitas petrarum & rupium, præsi-
 dio & tutelæ incolis, præ latronum & hostium vexatio-
 nibus & vastationibus, maxima sit (Cfr. *Psal.* XXVII. 5.
Psal. LXI. 3. &c. & BACHIENE (*Wilh. Alb.*) *Historische*
u. Geogr. Beschreibung von Palästina. Verlio Germanica
 a Conrect. G. A. MAAS), neque mirum cuius erit, Va-
 tes Hebræorum sæpius Deum, cum petra quadam altissi-
 ma, comparare. Aliis verò magis placuit הַצֵּרִי derivare
 a צַר formare, creare, ut MEISNER in *Clavi Vet. Test.*
 secundum versionem Arabicam حَالٍ cum *Theodotione*
 (πλαστῆς) & LXX. Neque feliciores sunt, qui ut *Syrus*,
 הַצֵּרִי antecedenti לַאלהֵינוּ jungunt, ex. gr. MOËRLIUS
 in Scholiis ad h. l. — Per דְּרֹרֵי multi, *viam vivendi*
 f. leges a Deo præscriptas intelligunt, eodem modo, ut
Exod. XXXII. 8. *Deut.* IX. 12, quod vero huic loco
 non convenit. — הַרִי (LXX κυριος) ex Arabismo expo-
 nit MEISNER in *Clavi*, quippe هِـرٍ sæpe est inter no-
 mina Dei apud Arabes. Emphaticæ verò הַרִי esse pro
 הַרִי־הַיֵּהוָה adhibitum, multis adstruit exemplis VRIEMONT ad
dicta Clasfica V. Test. P. I, p. 119. sq.

h) Probata jam Summi Numinis sapientia, veritate & justi-
 tia, Israëlitas, beneficiorum omnium ingratisime immo-
 mores, alloquitur Vates insignis. — De verborum con-

V. 6. Siccine rependis Jehovam,
 Popule ingrante, insipiens?
 Nonne ille tuus pater!
 Tuusque redemptor?
 Ipse Te fecit & firmavit (i).

fructione & lectione maxime dissentiunt Interpretes: ROSENMÜLLER, qui DATHIUM & LOWTH, sequitur, rite conjungit, שרר cum לו, sic ut pronomen לו ad subjectum agens, eadem ratione, ac in Deut. XXIII: 3. & Cant. II. 10. 11. referatur. MICHAËLIS vero in observationibus ad LOWTHIUM, probare videtur CLERICI & HOUBIGANTII in Prolegomenis Bibl. Hebr. interpretationem: qui ad codicem Samarit. cum Chald. Syr. & LXX legunt שרר מום לא לר בני מום, probantibus Aquila, Vulg. & Symmach. sed ingenue fatemur, correctionem textus genuini hoc loco neque necessariam, neque a Codicibus, fide dignis esse exhibitam; quare priori adquiescendum potius est constructioni. — Singulari autem modo RAVIUS in Exercitationibus suis, orationis ordinem inversum habet: *corruptit se generatio perversa & contorta, non filii ejus, sunt ipsorum macula*, vertens: quam trajectionem ut in oratione concitatori, consuetam, probavit quoque MEISNER & MAIMONIDES in Corpore Mischnici Commentarii; TELLER in versione sua, atque Reverendisf. TINGSTADIUS interrogative explicans. De primaria vocis רר significatione Cfr. SCHULTENS Animadv. Philol. ad Esaïæ Cap. XXII. 18. — פתלתל, forma *pehalhal* ut dicitur, a פחל (απαξ λεγόμενον), *torfit, contorsit*, in kal, apud Hebræos quidem inusitatum, sed Arabibus frequens.

*) Quod Jehovam & ejus præcepta deseruerint, Israëlitaë

ita reprehendit Vates, ut fortiter, in memoriam ipsis revocet, præteritorum temporum fata, atque in illos collatæ Divina beneficia. — De variis significationibus vocabuli **לֹמֵךְ**, multum disputavit Celeb. SCHULTENS in *Clavi*, p. 200, ex Arab. **لَمَّ**, *rem rei instravit ac superimposuit ad calorem sudoremve excitandum*, dein fovit, derivans. Licet vero ex hac ejus primaria notione, quodammodo erui possit *retribuendæ* s. animo aliquid contra aliquem *fovendæ*, significatio; falso tamen aut minus vere comparatio Hebr. **לֹמֵךְ** instituitur cum Arab. **لَمَّ**, quam Radix **ل-م-م** harmonice cum Hebræo conspiret. Alia vocis Etymologia alijs placuit, quam discutere non convenit. — **עַם נֶכֶל** vocat populum pro *impio & ingrato*, quippe **נֶכֶל**, ut Arab. virum *debilem & fatuum*, ut etiam *secleratum*, oppositè **עַם דָּכָה** (Cfr. 1 Sam. XXV. 25. Gen. XXIV. 7.) denotat. — Nec minori jure Vates Deum **קִנְיָהּ** vocat, quippe quia gentem Israëlitarum, propriam sibi fecit, cum illam ex nefaria Ægyptiorum servitute in terram patribus ipsorum sapientissime promissam, duceret, & dein post varia fata, *fecit eam populum sibi & firmavit* sc. legibus (quibus tota recens recondita Res publica felicissime servaretur), datis & concessis. Hanc interpretationem textus probant quoque MEISNER & ROSENMÜLLER, nec LXX, qui *σπείσσε* & *εταγε* habent, refragantur: aliæ vero versiones antiquæ in Polyglottis, *creandi & formandi* notionem exprimi videntur, ut etiam NIEMEYER & *Illustr. MICHAËLIS* — .